διαγορεύει σαφῶς.

in meliorem transiisse partem, & men-
dacium veritate commutasse, sicque de
Deo locutum esse:

Loquar quibus fas est, fores occludite
prophani

Omnes simul, tu vero audi, lucem feren-
tis fili Memoria,

Musæ, dicam enim vera, neque te qua
antea

In pectoribus visa sunt, cara vita priuent.
In verbum vero diuinum intuens, huic

immorare,

Dirigens cordis intelligentiam capacem:
recte porro ingredi

Semitæ, solumque intuere mundi regem.
Unus est ex seipso genitus, ab uno omnia

nata sunt,

Inque ipsis ipse supereminet, neque quis-
quam eum

Mortaliū intuetur, omnes vero ille videt.
Et post alia rursus:

Ipsæ in calo abeneo stabilis sedet
Super aureo folio, pedibus insilit terra,
Et manum dexteram ad fines Oceani

Undique extendit, circum tremunt alii
montes

Et flumina, & profunditas eani ac splen-
didi maris.

Unum igitur eumque a se genitum,
per omnia & super omnes laudat
Deum, & solium quidem ipsi ait esse
calum, terram subjacere pedibus; vo-
lens opinor indicare, immortalem il-
lam naturam nullis finibus esse circum-
scriptam, quod & per omnia vadat, &
omnia impleat; quod omnia vero ve-
luti pugillo concludat & contineat,
innuere videtur eo, quod protenditur
ejus manus ad ipsos fines Oceani, mon-
tibus vna cum mari, denique vniuerso
terrarum orbe, tremantibus: ut enim ait
diuina scriptura, *Vniuersa terra veri-
tatem vocat, & calum ei benedicit, &*

1. Esdr. 4

Omnia opera concutiuntur ac tremunt.

Et Orphei quidem talia sunt. Caterum
Homerum poetarum præstantissimum

parum quis differre putet ab iis qui sal-
tant in scena, quos, qui spectaculis gau-
dent, ajunt, figuris & nutibus sic rerum
naturas representare ac effingere solitos,
ut tantum non ipsas præsentis spe-
ctantium oculis subjicere videantur. Ille
vero studuit, virtutes & vitia & mundi
partes, & ipsam elementorum naturam,
Deorum habitu induere: nam & Deos
inter se apud Ilium quondam pugnas-
se ait, & qui cum quibus committerentur
aperte narrat:

*Vtique enim contra Neptunum regem
Stabat Phæbus Apollo habens sagittas
volantes:*

*Contra vero Martem Dea castis oculis
Minerua:*

*Contra Iunonem stetit auream colum-
habens, sonora,*

*Diana sagittis gaudens, soror longe jacu-
lantis Apollinis:*

*Latona vero contra stetit forte serua-
tor valde utilis Mercurius,*

*Et aduersus Vulcanum magnus fluuius
late vorticofus.*

In his igitur animaduerte, illum velle quodammodo indicare virtutes cum vitiiis esse commissas: Martem enim mos est poetis Græcis dementem & furiosum, & praterea hinc inde defultorium vocitare: Palladem vero acutissimam & variis consiliis præditam: Latonam perinde ac obliuionem innuere: at Mercurium vt memoriam atque orationem. Deinde & rerum naturam tangit, & elementorum inter se contentionem exponit in-quiens:

*Vtique enim contra Neptunum regem
Stetit Phæbus Apollo habens sagittas
volantes:*

*Iunoni opposita est auream colum ha-
bens sonora:*

*Et aduersus Vulcanum magnus fluuius
late vorticofus.*

Ibi enim mihi videtur dicere Neptunum mare & humidam substantiam, Apollinem vero solem, & Iunonem aërem, auream vero colum habentem & sonoram lunam, Vulcanum ignem, fluuium vero censere loco frigidi. Sed etsi plurimum ille figmentis delectatus est, tamen nec veritatem prorsus ignorasse comperietur, dixit enim rursus:

*Neque si mihi promiserit Deus ipse,
Deterfo senio iuuenem pubescentem me
effecturum.*

Non enim dicit, etiamsi Deorum aliquis promittat mihi senectutis liberationem & iuuentutis reuersionem, sed tantum istud reseruauit soli, qui super omnes est, Deo, vnus ejus viribus videlicet attribuens, vt omnia possit recte ac sine labore perficere, etiam quæ supra spem omnem & captum nostrum posita sunt. *Non si mihi inquit promiserit Deus ipse:* nam illud, *Deus ipse,* non ad aliquem fictiorum Deorum referri possit, sed vere existentem Deum potius significet.

Ἄ Ἡ τοι μὲν γὰρ ἔναντα Ποσειδάωνος ἀνακτὸς
Ἰσατ' Ἀπόλλων Φοῖβος, ἔχων ἰὰ πλερόεντα.

Ἄντα δ' Ἐνυαλίῳ, θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη.

Ἄρη δ' ἀντέση χρυσηλάκατ' κελαδεινῇ

Ἄρτεμις ἰοχέαιρα, κασιγνήτη Ἐκάτοιο.

Λητοῖ δ' ἀντέση σῶν ἐρίβνι Ἐρμῆς

Ἄντα δ' ἄρ' Ἡφαίστοιο, μέγας ποταμὸς βαθυ-
δίνης.

Ἄθρο δὴ ἔν ἐν τέτοις καὶ μάλα σαφῶς, τὰς ἀρετὰς αὐτὸν τῆς κακίας ἀντεγειρομένας τρόπον τινὰ καταδείξαι σπεύδοντα. Ἄρεα μὲν γὰρ ὡς ἀφρονά τε καὶ μεμνηνῶτα, καὶ πρὸς τε τῷ καὶ ἀλλοπρόσαλλον ἀποκαλεῖν ἔθος τοῖς Ἑλλήνων ποιηταῖς. Ἀθηνᾶν δὲ, κερδίσην τε καὶ ποικιλόμητιν. Λητώ δὲ ὁμοίως τὴν λήθην ὑπονοεῖν. Ἐρμῆν δὲ μνήμην καὶ λόγον. εἶτα Φυσιολογίας ἀπλεταί, καὶ τὴν τῶν στοιχείων διαφορὰν πρὸς ἀλληλα ἐξηγεῖται, λέγων.

Ἄ τοι μὲν γὰρ ἔναντα Ποσειδάωνος ἀνακτὸς
Ἰσατ' Ἀπόλλων Φοῖβος, ἔχων ἰὰ πλερόεντα.

Ἄρη δ' ἀντέση χρυσηλάκατ' κελαδεινῇ.

Ἄντα δ' ἄρ' Ἡφαίστοιο, μέγας ποταμὸς βαθυ-
δίνης.

κάνταῦθα γὰρ μοι δοκεῖ, Ποσειδάωνα μὲν εἰπεῖν, τὴν ὑγραὴν ἐσίαν, Ἀπόλλωνα δὲ τὸν ἥλιον, καὶ Ἄρη τὸν αἆρα, χρυσηλάκατον δὲ κελαδεινῇ, τὴν σελήνην, Ἡφαίστον τε πῦρ, τὸν δὲ γε ποταμὸν ὡς ἐν τάξει δέχεσθαι τῷ ψυχρῷ. Ἄλλ' εἰ καὶ πολὺ λίαν παρ' αὐτῷ τὸ Φιλόμυθον, ἀλλ' ἔν ἐν ἡγνοηκότα παντελῶς εὐρήσομεν τὴν ἀλήθειαν. ἔφη γὰρ πρὸς πάλιν.

ἔδ' εἰ κέν μοι ὑποσάη Θεὸς αὐτός,
Γῆρας ἀποξύσας, θήσειν νέον ἡδύοντα.

Οὐ γὰρ πρὸς Φησὶν, εἰ καὶ Θεῶν τις ὑπόσχοιτό μοι τῷ μὲν γῆρας τὴν ἀπεμπολήν, παλιναγρέλον δὲ τὴν νεότητα, τετήρηκε δὲ τὸ χεῖμα μόνῳ τῷ ἐπὶ πάντας Θεῶ, μόναις ἀναλιθεῖς τῆς αὐτῆς δυνάμεσι τὸ πάντα δύνασθαι κατορθῶν ἀμογητὶ, καὶ τὰ ἐλπίδος ἐπέκεινα, καὶ λόγῳ τῷ καθ' ἡμᾶς. ἔδ' εἰ μοι, Φησὶν, ὑποσάη Θεὸς αὐτός. τὸ γὰρ τοι Θεὸς αὐτός, ἐν ἔφ' ἕνα τῶν ἐν μύθοις πεπλασμένων τινῶν, αὐτὸν δὲ δὴ μόνον κατασημῆνειεν ἂν τὸν ἀληθῶς ὄντα Θεόν.

Iliad. τ.
v. 67. & c.

Iliad. i.
v. 445.

ἀλλ' Ὀμήρω μὲν ὡδὶ φρονεῖν τε καὶ λέγειν ἐδό-
 κη, ἴωμεν δὲ καὶ ἐπ' αὐτὰς ἤδη τὰς σοφὰς
 καὶ κατωφρευμένους, δοκησιοφίας τε δόξαν
 λαβόντας ἐκ ἀγεννῆ, παρὰ γε τοῖς Ἑλλήνων
 μ. 19 πασι. Πορφύριος μὲν ἔν, ὁ πικρὸς ἡμῶν
 καλαχέας λόγος, καὶ τῆς Χριστιανῶν θρησκείας,
 μονομαχίᾳ κατορχόμενος, τὰς ἀνομασμένους
 σοφὰς, τὸν ἀριθμὸν ὄντας ἐπὶ τὰ, τὴν τοιαύτην
 κλησὶν ἀρπάσαι φησὶν ἐξ αἰτίας τοιαύτης, γρά-
 φη δὲ ἔστω ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ τῆς φι-
 λосоφίας ἱστορίας. Ἐννέα δὲ ὄντων, ἐπὶ κλη-
 θήναι σοφὰς ἐξ αἰτίας τοιαύτης. ἀλιέως βό-
 λον νεανίσκοις ἀποδομένους ἰχθύων, συνέβη
 χρυσοῦν τρίποδα ἐν τῷ βόλῳ εὐρεθῆναι.
 τὸ δὲ ἀλιέως ἰχθύος, ἀλλὰ μὴ τρίποδα, πε-
 προκίναται λέγοντος, καὶ τῶν νεανίσκων εἰς τὴν
 αὐτῶν τύχην ἀναφερόντων τὴν εὐρησίαν, ἔδοξε
 τῷ Θεῷ τὴν κρίσιν ἐπιτρέψαι. τὸ δὲ χρή-
 σαι δίδοναι τὸν τρίποδα τῷ σοφῷ, Θαλη-
 τι πρώτῳ ὁ τρίπους προσηνέχθη. ὁ δὲ πρὸς
 Βίαντα ἀπέπεμψεν, ἐκεῖνον φάμενος εἶναι τὸν
 σοφόν. ὁ δὲ πρὸς ἕτερον πέμψη. κακεῖνος
 πρὸς ἄλλον, ἕως εἰς τὰς ἐπὶ τὰς τρίποδος
 ἐκπεριαχθέντος, καὶ πάλιν ὑποσρέψαντος ἐπὶ
 τὸν πρώτον, ἔδοξε ἀναθεῖναι τῷ Θεῷ, τὸν
 γὰρ εἶναι πάντων τὸν σοφώτατον. Ὅποιαί τούτων
 αὐτῶν αἱ δόξαι γεγόνασιν, ἐπὶ κατὰ λελέξεσθαι
 πρὸς ἡμῶν. Θαλῆς μὲν ἔν ὁ Μιλήσιος ἔν τὸ
 κόσμῳ φησὶν εἶναι τὸν Θεόν. Δημόκριτος δὲ ὁ Ἀ-
 εθρήτης, συμφέρεται μὲν κατὰ τι, προσεπά-
 γη δὲ τι καὶ ἕτερον ἔν μὲν γὰρ εἶναι τὸν Θεόν
 ἰσχυρίζεται καὶ αὐτὸς, πλὴν, ἐν πυρὶ σφαιροει-
 δεῖ, καὶ αὐτὸν εἶναι τὴν τὸν κόσμῳ ψυχὴν. Ἀνα-
 ξίμανδρος δὲ οἶμον ὡς περ ἕτερον ὀλοτρόπως
 ἴων, Θεὸν διορίζεται εἶναι τὰς ἀπείρους κόσμους,
 ἐκ οἷδ' ὅ, τι λέγων. ὁ δὲ πλείστην ἔχων καὶ ἐκ
 ἔξω θαύματος εἰς βασάνους ἐνομιῶν τὴν δεινω-
 σιν, τὸν Ἀριστοτέλη λέγω τὸν Σταγειρίτην, τὸν
 Πλάτωνος Φοιητὴν, εἶδος μὲν χωριστὸν ὀνομά-
 ζει τὸν Θεόν, ἐπιβῆναι δὲ διακείνεται τῇ τὸ
 πάντως σφαίρα. καὶ μὴν καὶ οἱ καλούμενοι
 Στωϊκοὶ Θεὸν εἶναι φασὶ πῦρ τεχνικὸν ὀδῶ βα-
 δίζον ἐπὶ γενέσει κόσμου. γεγράφασιν δὲ περὶ
 τούτων, Πλάταρχος τε καὶ ἕτεροι τῶν παρ' αὐ-
 τοῖς λογάδων, καὶ ὁ θεολογὸς καθ' ἡμῶν Πορφύ-
 ριος. Ἄρ' ἔν τ' ἀποφοροὶ μὲν ἀλλήλοις εἰσὶ, σο-
 χασαὶ δὲ μάλλον, ἢ τ' ἀληθείας διαγνώμονες;
 οἱ πολυτρόποις ἔστω δόξαις καταμεθούοντες,

A Verum demus Homero sic visum esse
 & sentire & loqui, pergamus & por-
 ro jam ad ipsos arrogantes ac super-
 ciliosos sua opinione sapientes, ma-
 gnum inquam in Gracia nomen in-
 deptos. Porphyrius ille, qui amarulen-
 tis sermonibus nos infectatus Chri-
 stiana religioni tantum non saltando
 illudit, septem illos vulgo dictos Sa-
 pientes | hanc appellationem ex ejus-
 modi causa traxisse ait, sic enim in
 primo Philosophicæ historiæ libro
 scribit: *Et cum novem essent, septem*
vocatos esse Sapientes ex hac occasio-
ne. Cum piscator jactum retis adole-
scens vendidisset, aureum tripode-
dem in jactu inueniri contigit: verum
piscatore contendente, pisces non au-
reum se tripodem vendidisse, contra
adulescentibus tale repertum fortune
sua adscribentibus, placuit ejus rei ar-
bitrium Deo permittere; qui cum ora-
culum edidisset, dandum esse hunc
tripodem sapienti, primo Thaleti de-
latus est, qui ad Biantem illum remi-
sit, inquiring eum esse sapientem, hic
vero ad alium mittit, & rursus ille ad
alium, donec circumlatum ad septem
illos tripodem, atque ad primum ve-
luti gyro reuersum, visum est Deo con-
secrare, utpote omnium sapientissimo.
 Sed quales eorum opiniones fuerint,
 suo tempore dicetur a nobis. Thales
 quidem Milesius Deum ait mentem
 esse mundi. Democritus vero Abde-
 rites ei quodammodo assentitur, sed
 & aliud adiecit: contendit enim & i-
 pse Deum esse mentem, verum ipsam
 in sphaera ignea esse videlicet mundi
 animam. Anaximander porro omnino
 alia via ingressus, Deum definit esse
 innumerabiles mundos, quid sibi ve-
 lit incertum. Qui vero summum ac
 miraculo proximum ad expendendos
 conceptus acumen habet, Aristoteles
 inquam Stagiritæ, Platonis auditor,
 Deum appellat formam separabilem
 & vniuersi sphaeram insidere contem-
 dit: quique Stoici vocantur, Deum
 esse ajunt ignem artificialem, via qua-
 dam ad generationem mundi pro-
 gredientem: scripseruntque de his
 & Plutarchus, & alii Græcorum le-
 ctissimi, illeque audax aduersus nos
 Porphyrius. Sed numquid inter se
 dissident conjectores potius veritatis
 quam cognitores, cum tam variis o-
 pinionibus velut ebrii ferantur? quos
 oportuit, si vere & sine errore sensissent,

nullo modo contrariis inter se sententis discrepare, quemadmodum in nobis ipsis videre licet. At opinor aliquis ad hæc dicturus est: quid ergo, amice? numquid & multæ apud vos sunt hæreses ac schismata, ita ut alii alia & sentiant & loquantur? Sed ego inquam: o egregie, qui nobis sacrorum dogmatum auctores primi extiterunt, omnes inter se consentiunt, & mediis ultimique primis adstipulantur. Non enim alia sensit Moses, alia & pugnantia post eum docuerunt: sed vnus, ut dixi, ab omnibus de Deo sermo vsque ad sanctos Apostolos & Euangelistas fuit. Vnum enim omnes confitentur super omnes, per omnia, & in omnibus Deum, carentem principio, æternum & ingentum, incorruptum, vitam, & viuificantem, cali & terræ omniumque pariter quæ in eis sunt factorem. Quod si qui posterorum non intellecta illorum doctrina a veritate aberrarunt, his potius quam illis apud recte sentientes erroris crimen est impingendum. At superstitiosæ istorum nequitia inuentores & impiorum dogmatum auctores an villo pacto inter se opinionibus conuenerint, ostendant, & ego silentium agam. Sin vero primi illi omnino inter se pugnantia tradidere, qui non omnibus liquido constabit, illos a femita, quæ ad rectum ducit, in errorem prorsus deflexisse? Nam si cui incesserit cupiditas tenendæ rectæ germanæque de omnium principe Deo rationis, cedo, cuius sententiam, ut non aberraret a scopo, admittat? Thales enim & Anaximander, alique quorum paulo ante meminimus, frustra nugati comperientur, Pythagoras vero & Plato in Ægypto commorati, & ibi multorum consuetudine vsi, ut quidem ambo discendi & inquirendi cupidissimi erant, Moses virtutem, quippe quæ apud Ægyptios non in mediocri erat admiratione, haud ignorarunt. Vnde & opinor eos, rationem de Deo non ineleganter edoctos, præter ceteros multo æquius de eo sensisse. Quin & nonnullos Athenis philosophantium inueniemus his, quæ ab istis recte rogata viderentur, assensos esse.

Ακαίτοι τὰς ἀληθῶς τε καὶ ἀπλανῶς ἔγνωκότας, κατ' ἑδῆνα τρόπον τοῦς ἀλλήλων ἐννοίας ἐχρῆν ἀντιφέρειν, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν ἐνεσιν ἰδεῖν. Ἀλλ' ἐρεῖ πρὸς τὸ οἰμαί τις τί ἐν, ὡ τᾶν; ἔ γὰρ αἰρέσεις εἰσὶ πολλαὶ καὶ παρ' ὑμῖν αὐτοῖς, καὶ κατὰσχίζονταίτινες, εἰς τὸ ἕτερά τε καὶ ἕτερα φρονεῖν τε καὶ λέγειν; ἀλλ' οἱ γε, ὡ βέλτιστε, φαίην ἂν τ' ἱερῶν δογμάτων ἡμῶν, πρῶτοί τε καὶ ἐν ἀρχαῖς διδάσκαλοι γεγονότες ὁμολογεῖσιν ἀλλήλοις ἀπαντες, καὶ τοῖς πρῶτοις συμβαίνοσιν οἱ διὰ μέσσω καὶ τελευταῖοι. Οὐ γὰρ ἕτεροι μὲν ὁ Μωσῆς πεφρόνηκεν, οἱ δὲ μετ' αὐτὸν μαχόμενα τοῖς αὐτῶν δειδιδάχασιν ἀλλ' εἰς, ὡς ἔφην, παρὰ πάντων περὶ Θεῶ λόγου μέχρι τῶν ἀγίων ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν. ἕνα ᾗ πάντες ὁμολογεῖσιν τὸν ἐπὶ πάντας, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσι Θεὸν, ἀναρχόν τε, αἰδῖον, ἀγέννητον, ἀφθαρτον, ζῶν, καὶ ζωοποιόν, ἕραν ἔ τε καὶ γῆς ποιητήν, καὶ συλλήβδην, ἀπάντων τῶν ἐν αἰσῶν. Εἰ δὲ δὴ τινες, τ' μετ' ἐκείνων, ἔ συνέντες τὰ αἰσῶν διημαρτήκασιν τὰ ληθῆς, ἐκ ἐκείνοις μάλλον, ἐφέλαμ δὲ τῆτοις κατὰ γε τὸν ὀρθῶς ἔχοντα λογισμὸν, ἢ τῶ πεπλανῆσθαι γραφῆ. Εἰ μὲν ἐν οἱ τῆς ἐνέσης αἰσῶν ἀβελήκριας εὐρεταί, καὶ τῶν ἀνοσίων δογμάτων καθηγήται γεγονότες τῆς ἀλλήλων συνηέχθησαν δόξαις, δεικνύτωσαν, καὶ πεπαύσομαι. εἰ δὲ αἰσῶν πρὸς ἀλλήλους οἱ πρῶτοι διάφοροί τε εἰσὶ καὶ ἕτερογνώμονες, πῶς ἔχ' ἄπασιν ἐναργῆς, ὡς ἔξω βαίνοσιν τρεῖς τῆς ἐπ' εὐθύ, καὶ πεπλάνηται. Εἰ γὰρ δὴ βέλοισι τίς εὐ μάλα διαμαθεῖν τὸν ὀρθῶς τε καὶ ἀκιδῆλως ἔχοντα λόγον, περὶ τῶ πάντων ἐπέκεινα Θεῶ, τὴν τίν' ἂν εἰσδέξηται δόξαν, καὶ ἐκ ἂν ἀμαρτοῖ σιοπέ; Θαλῆς μὲν γὰρ καὶ Ἀναξίμανδρος, ἕτεροί τε, ὡν ἀρτίως διεμνημονεύσαμεν, εἰκῆ πεφλυαρυκότες ἀλοῖεν ἂν, Πυθαγόρας δὲ καὶ Πλάτων διαλετριφότες ἐν Ἀιγύπτῳ, καὶ πολλοῖς τοῖς αὐτοῖς περιλυγχάνοντες, ἄτε δὴ Φιλομαθεσάτω τε ὄντε καὶ Φιλοῖσορε, ἐκ ἡγνοησάτην τὴν Μωσῆως ἀρελήν. ἦν γὰρ Ἀιγυπτίους τὰ κατ' αὐτὸν. ἐκ ἐν μετρίῳ θαύματι. ἐντεῦθεν οἰμαί τὸν περὶ Θεῶ λόγον, ἐκ ἀκόμψως ἐκμεμαθηκότας, ἐπιεικέστερόν πως παρὰ τῆς ἀλλῆς τὰ περὶ αὐτῶ δόξασαι, καὶ μὴν καὶ ἐλέσθαι φρονεῖν. Εὐρέσομεν δὲ καὶ τ' Ἀθηνησί τινας, τοῖς παρ' αἰσῶν εὐ ἔχον ὑπέλημμένοις συνηνεγμένους.

αἶμα δὲ δὲν ἀξιώσται λόγῳ καὶ μνήμῃ, τὸν Ἀ
 Ἰγύπλιον Ἑρμῆν, ὃν δὴ καὶ τρισμέγιστον ὠνό-
 μαθαί φασι, τετιμηκότων αὐτόν, τῶν κατ'
 ἐκείνο καιρῶ, καὶ καθά τισι δοκεῖ τῶ ἐκ Διὸς
 καὶ Μαίας, μυθολογημένῳ γενέσθαι, παρῆκαζόν-
 των αὐτόν. Οὕτως τοιγαρὲν ὁ κατ' Ἰγύπλιον
 Ἑρμῆς, καί τινι τελεσῆς ὢν, καὶ τοῖς τῶν εἰδώλων
 τεμένεσι προσιζήσας αἰεὶ, πεφρονηκῶς εὐρί-
 σκελαι τὰ Μωσέως, εἰ καὶ μὴ εἰς ἅπαν ὀρθῶς ἢ
 ἀνεπιλήπτως· ἀλλ' ἐν ἐκ μέρους· ὡφέληται
 γὰρ καὶ αὐτὸς, πεποιήσας δὲ ἢ τέτρα μνήμην, ἐν
 ἰδίῃ συγγραφαί, ὁ συντεθεικῶς Ἀθήνησι, τὰ
 ἐπίκλην Ἑρμαϊκὰ πεντεκαίδεκα βιβλία. Γρά-
 φη δὲ ἔτι ἐν τῷ πρώτῳ περὶ αὐτῶ, εἰσκει-
 κόμικε δέ τινα τῶν ἱερουργῶν λέγοντα· Ἴν' ἐν
 ἔλθωμεν εἰς τὰς ὁμοίας, ἂρ' ἔχι καὶ τὸν ἡμέτε-
 ρον Ἑρμῆν ἀκείεις, τὴν τε Ἰγύπλιον εἰς λῆξιν
 ἢ κλήρος ἅπασαν τεμεῖν, σχοίνῳ τὰς ἀρῆρας
 καταμετρεῖντα, καὶ διώρυχας τεμεῖσαι τὰς ἐπ'
 ἀρδεύσει, ἢ νόμους θείναι, ἢ τὰς χώρας ἀπ'
 αὐτῶν προσεπειν, καὶ καίασήσασθαι τὰς συν-
 ἀλλάξεις τῶν συμβολαίων, ἢ νεωστὶ φύσασθαι
 κατὰ λογὸν τῆς τ' ἀστρονομίας ἐπιτολῆς, καὶ βολάνας
 τεμεῖν, καὶ πρὸς γε ἀριθμὸς ἢ λογισμὸς, καὶ
 γέωμετρίαν, ἀστρονομίαν τε, ἀστρολογίαν, ἢ τὴν
 μουσικὴν, ἢ τὴν γραμματικὴν ἅπασαν εὐρόντα
 παραδέναι. Ποιήσωμεν τοίνυν τῶν ἐκάστῃ δο-
 ξῶν τὴν ἀφήγησιν· μεμνήσομαι δὲ καὶ ἐτέρων,
 οἱ ἀθαύμαστον παρ' ἀλλοῖς ἐπὶ παιδείᾳ λα-
 χόντων ὄνομα· χρῆναι δὲ φημι τῶ ἐντευξο-
 μένης Φιλομαθέσθαι μάλλον, ἢ γὰρ ἀψιφόρος
 ἔχοντας, τοῖς γεγράμμενοι προσβαλεῖν. Πυθα-
 γόρας γὰρ φησιν· ὁ μὲν Θεὸς εἰς, αὐτὸς δὲ, ἔχ
 ὡς τινες ὑπονοῶσιν, ἐκλὸς τὰς διακοσμήσει, ὅ
 ἀλλ' ἐν αὐτῷ ὅλος ἐν ὅλῳ τῷ κύκλῳ ἐπισκο-
 πῶν πάσας γενεάς, ἐπίκρασις ὢν τ' ὅλων αἰώ-
 νων, ἢ Φῶς τῶν αὐτῶ δυνάμεων καὶ ἔργων, ἀρ-
 χὰ πάντων, ἐν ἔρανῳ Φωστῆρ, ἢ πάντων πα-
 τῆρ, νῆς ἢ ψύχωσις τῶν ὅλων κύκλων, πάντων
 κίναςις. Ἰδὲ δὴ σαφῶς, ἕνα τε εἶναι λέγει τ' ὅλων
 Θεόν, ἢ πάντων ἀρχὴν, ἐργάτην τε τῶν
 αὐτῶ δυνάμεων, Φωστῆρα ἢ ψύχωσιν, ἢ τοὺς ζω-
 ποιήσιν τ' ὅλων, ἢ κύκλων πάντων κίνησιν αὐ-
 τοκίνητον γὰρ ἔδεν, παρῆνται δὲ τὰ πάντα παρ'
 αὐτῶ, ἢ τὴν ἐκτῶ μὴ ὄντ' εἰς τὸ εἶναι κίνησιν
 λαχόντα φαίνεσθαι. Ὁ δὲ Πλάτων ὡδὲ πῆ φησὶ
 γέλοι· τὸν γὰρ πατέρα ἢ ποιητὴν τῶδε τῶ παν-
 τὸς, εὐρεῖν τε ἔργον, ἢ εὐρόντα εἰς πάντας ἐξεί-

Nec indignus quidem est mentione
 Hermes Ægyptius, quem & ter maxi-
 mum vocatum esse ajunt, cum ab
 hominibus sui temporis coleretur,
 atque, ut quibusdam placet, filio Jo-
 uis & Majæ, fabulis prodito, assimi-
 laretur. Igitur Ægyptius iste Her-
 mes, etsi sacerdos esset & idolorum,
 fanis assideret, eadem cum Mose,
 quamuis non pure nec absolute, at-
 tamen ex parte sensisse, ac vtilitatem
 ex eo cepisse comperietur. Hujus
 enim & meminit in suis historiis is
 qui Athenis composuit illos, qui Her-
 maici nuncupantur, quindecim li-
 bros. In primo enim ita de illo scri-
 bit, introduxit enim quendam sacer-
 dotum dicentem: *Vt igitur ad similes
 progrediamur, nunquid audis nostra-
 tem Hermetem Ægyptum vniuer-
 sam in tractus & portiones diuisisse,
 funiculo rura dimensum esse, foss-
 as ad irrigationes duxisse, leges po-
 suisse, & regiones ab ipsis denomi-
 nasse, constituisseque contractus ac
 conuentiones, nouissime vero calen-
 darium ortus siderum adinuenisse:
 nec non herbas & numeros atque
 computationes, geometriam, & astro-
 logiam, astronomiamque, & musicam,
 denique totam grammaticam a se
 inuentam tradidisse.* Incamus itaque
 quendam opinionum vniuscuiusque
 enumerationem, simul meminerimus
 & aliorum qui apud illos propter do-
 ctrinam celebritate nominis & admi-
 ratione non caruerunt. Sed oportere
 existimo eos qui hæc legent, studio
 potius discendi quam fastidio ad scri-
 pta nostra accedere. Ait igitur Pytha-
 goras: *Deus vnus & ipse, non, ut qui-
 dam suspicantur, extra mundi fabricam
 & administrationem, sed in ipso totus,
 in toto circulo intuens omnes genera-
 tiones, mixtura existens totius aui, &
 lumen ejus facultatum ac operum, prin-
 cipium omnium, in celo illuminator &
 omnium pater, mens & animatio omni-
 um spherarum, omnium motus.* Ecce
 perspicue dicit vnum esse vniuersi
 Deum, omnium principium, operato-
 rem facultatum, lumen, animam, & vi-
 tam vniuersi, spherarumque omnium
 motum: nihil enim a seipso mouetur,
 sed omnia ab eo deducta & motum a
 non esse ad esse sortita cernuntur. Porro
 Plato sic loquitur: *Patrem & factorem
 hujusce vniuersi inuenire arduum, &
 ubi inueneris apud omnes enuntiare*

supra humanam aditionem positum est. A
 Prov. 25. Et recte quidem, gloria enim Do-
 mini abscondit sermonem, juxta id
 quod scriptum est, & omnis de illo
 sermo imbecillus atque infra digni-
 tatem, quippe cum sit omni cogita-
 2. Cor. 13. tione major, cernimus vero eum ve-
 lut per speculum & anigma, ut ait
 Diuus Paulus. Porphyrius vero libro
 quarto philosophica historiae ait: Pla-
 tonem de vno Deo & sensisse & locutum
 esse, nullum vero nomen ei conuenire,
 neque humanam mentem eum cape-
 re, appellationibus quae a posteriori
 dicuntur eum improprie declarari. B
 Quod si omnino ex nominibus quae
 apud nos in usu sunt, aliquod auden-
 dum est de illo dicere, magis unius
 & boni appellatio est ipsi tribuenda.
 Illud enim ostendit simplicem ipsius
 naturam, & propterea seipsa conten-
 tam, ut quae nullo indigeat, non
 partibus, non substantia, non facultatibus,
 non actibus, sed sit horum
 omnium causa, & bonum quoque re-
 presentet, quod ab illo est quicquid
 bonum est, aliis pro virili proprietatem
 illius, si ita dicendum est, imi-
 tantibus, ac per illam saluis & incolumibus.
 Hermes porro Trismegistus in
 hunc ferme modum ait: nimirum in-
 telligere Deum esse difficile, exprime-
 re vero supra humanas vires positum,
 si quis etiam intelligere posset: nam
 quod est incorporeum, corpore deno-
 tari nequit, nec perfectum imperfecto
 comprehendit, & quod perpetuum est
 non facile cum breui duraturo coalescit:
 nam hoc semper est, illud praeterit,
 hoc verum, illud imaginatione
 adumbratur. Quanto igitur infirmius
 fortiori, & inferius prestantiori, tan-
 to mortale diuino & immortalis distat.
 Quare si quis est oculus incorporeus,
 prodeat e corpore, atque ad contem-
 plationem pulchri euolet ac eueha-
 tur, non figuram, non corpus, nec ideas
 cernere quarens, sed illud magis quod
 ista efficit, quietum, serenum, stabile,
 immutabile, ipsum omnia & solum,
 unum idem ex seipso, idem in seipso,
 sibi ipsi simile, quod nec alii simile, nec
 sibi ipsi dissimile, rursusque idem. Ni-
 hil ergo vnquam de ipso vno & solo
 bono cogitans impossibile dicas: om-
 nis enim potentia ipse est; neque in
 aliquo ipsum esse conceperis, neque
 extra aliquem: cum enim infinitus sit,
 omnium est finis, & a nemine continetur

πειν αδύνατον. ορθως δὴ μάλα, δόξα γὰρ κυ-
 ρίς κρύπτη λόγον, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἢ πᾶς
 περὶ αὐτῆς λόγος ἀδενεῖ, ἢ τῆς ἀξίας καλόπιν
 ἔρχεται. ἐστὶ γὰρ ἀπάσης ἐννοίας ἐπέκεια, βλέ-
 πομεν δὲ δι' ἐσόπλευ, καὶ ἐν ἀνίγμῳ, τὰ πε-
 ρὶ αὐτῆς, καθά φησιν ὁ πάνσοφος Παῦλος. Περὶ
 Φύσεως δὲ φησιν ἐν βιβλίῳ τελέστῳ φιλοσόφου
 ἰσορίας· δοξάσαι τε τὸν Πλάτωνα, καὶ μὴν
 καὶ φράσαι πάλιν περὶ ἐνὸς Θεοῦ, ὄνομα δὲ
 αὐτῷ μηδὲν ἐφαρμόττειν, μηδὲ γινῶσιν ἀνθρω-
 πίνην ἀδὸν καταλαβεῖν, τὰς δὲ λεγομένας
 προσηγορίας ἀπὸ τῶν ὑτέρων καταχρηστικῶς
 αὐτῆς καληγορεῖν. Εἰ δὲ, ὅπως ἐκ τῶν παρ'
 ἡμῶν ὀνομάτων χρεῖ τι τολμήσαι λέγειν περὶ
 αὐτῆς, μᾶλλον τὴν τῆς ἐνὸς προσηγορίαν καὶ
 τὴν τὰγαθῆς τακτέον ἐπ' αὐτῆς. τὸ μὲν γὰρ,
 ἐμφανῆ τὴν περὶ αὐτῆς ἀπλότητα καὶ διὰ
 τῆς αὐτάρκειαν. χρεῖ γὰρ ἕδενός, ἢ με-
 ρῶν, ἢ ἐξίας, ἢ δυνάμεων, ἢ ἐνεργειῶν,
 ἀλλ' ἐστὶ πάντων τῶν αἰτιῶν, τὰγαθὸν
 δὲ παρῆσιν, ὅτι ἀπ' αὐτῆς, πάντοτε περὶ ἀγα-
 θόν ἐστιν, ἀπομιμνεμένων κατὰ τὸ δυνατὸν,
 τῶν ἄλλων τὴν ἐκείνης χρεῖ φάσαι, ἰδιότητα
 καὶ δι' αὐτῆς σωζομένων. Ὁ δὲ γε τρισμέγι-
 5. Ἐρμῆς ἔτω πως φησί· Θεὸν νοῆσαι μὲν
 χαλεπὸν, φράσαι δὲ αδύνατον, εἰ καὶ νοῆσαι
 δυνατὸν, τὸ γὰρ ἀσώματον σώματι σημεῖναι
 αδύνατον, ἢ τὸ τέλειον τῷ ἀτελεῖ καταλαμ-
 βάνεσθαι ἢ δυνατὸν, καὶ τὸ αἰδῖον τῷ ὀλιγο-
 χρονώ συγγενέσθαι δύσκολον· τὸ μὲν ᾧ αἰεῖ ἐστὶ,
 τὸ δὲ παρερχεται, καὶ τὸ μὲν ἀληθές ἐστὶ, τὸ δὲ
 ὑπὸ φαντασίας σκιαζέται. Ὅσω ἔν τὸ ἀδενε-
 σερον ἰσχυροτέρη, ἢ τὸ ἔλαττον τῆς κρείττονος
 διέσηκε, τοσῶτον τὸ θνητὸν τῆς θεῆς ἢ ἀθανά-
 τῆς. εἰ τις ἔν ἀσώματι ὀφθαλμὸς, ἐξερχέσθω
 ἢ σώματος, ἐπὶ τὴν θεῶν τῆς καλῆς καὶ ἀνα-
 πλήτω, καὶ ἀωρηθήτω, μὴ σχῆμα, μὴ σῶμα,
 μὴ ἰδέας ζῆτων θεάσασθαι, ἀλλ' ἐκείνο μᾶλλον
 τὸ τῶν ποιητικόν, τὸ ἡσυχον, καὶ γαληνόν, τὸ
 ἐδραῖον, τὸ ἀτρεπτόν, τὸ αὐτὸ πάντα ἢ μόνον, τὸ
 ἐν τῷ αὐτῷ ἐξ ἑαυτῆς, τὸ αὐτὸ ἐν ἑαυτῷ, τὸ ἑαυ-
 τῷ ὁμοιον, ὁ μήτε ἄλλω ὁμοιον ἐστὶ, μήτε ἑαυτῷ
 ἀνόμοιον, ἢ πάλιν ὁ αὐτός. Μηδὲν ἔν περὶ ἐκείνης
 πῶποτε ἕνός ἢ μόνου ἀγαθῆς ἐννοούμενῳ ἀδύ-
 νατον εἶπης· ἢ πᾶσα γὰρ δύναμις αὐτός ἐστὶ, μη-
 δὲ ἔν τινι αὐτὸν διανοηθῆς εἶναι· μηδὲ πάλιν κατ'
 ἐκτός τινος, αὐτός γὰρ ἀπέραντῶν, πάντων
 ἐστὶ πέρας, καὶ ὑπὸ μηδενός ἐμπεριεχόμενῳ,

πάντα ἐμπεριέχει· ἐπεὶ τις διαφορά ἐστὶ τῶν σωμάτων πρὸς τὸ ἀσώματον, καὶ τῶν γενητῶν πρὸς τὸ ἀγένητον, καὶ τῶν ἀνάγκη ὑποκειμένων, πρὸς τὸ ἀβελήσιον, ἢ τῶν ἐπιγείων πρὸς τὰ ἐπερράνια, καὶ τῶν φθαρτῶν πρὸς τὰ αἰδία; ἔχῃ ὅτι τὸ μὲν ἀβελήσιον ἐστὶ, τὸ δὲ ἀνάγκη ὑποκειμενον, τὰ δὲ κάτω ἀτελῆ ὄντα φθαρέα ἐστίν.

Ἀλλὰ μὴν καὶ Σοφοκλῆς ἔτω φησὶ περὶ Θεῶν·

Ἐν ταῖς ἀληθείαισι, εἰς ἐστὶν Θεός,
Ὅς ἔρανον τ' ἔτευξε, καὶ γαῖαν μακρὰν,
Πόντος τε χαροπὸν οἶδμα, καὶ νέμων βίας·
Θνητοὶ δὲ πολλὸν καρδία πλανώμενοι,
Ἰδρυσάμεθα πημάτων παραψυχὴν
Θεῶν ἀγάλα' ἐκ λίθων, ἢ χαλκίων,
Ἢ χρυσοτεύκλων, ἢ λεφανίνων τύπας,
Θυσίας τε τέτοις, καὶ κενὰς πανηγύρεις
Τεύχοντες, ἔτως εὐσεβεῖν νομίζομεν.

καὶ μὲν τοὶ καὶ ὁ σοφώτατος **Ξενοφῶν**· ὁ γὰρ πάντα σείων, καὶ ἀτρεμίζων, ὡς περ μέγας τις καὶ δυνατός, φανερός, ὁποῖος δὲ τις μορφήν ἀφανῆς, ἔτε μὴν ὁ παμφανῆς δοκῶν εἶναι ἡλιός, ἔδὲ ἔτος εἰκοὴν ἑαυτὸν ἐπιτρέπειν, ἀλλ' ἢ τις ἀναδῶς αὐτὸν θεάσῃται, τὴν ὄψιν ἀφανῆται. εἰς μὲν ἔν ὅτι Θεός, κατὰ φύσιν τε καὶ ἀληθῶς ἐστὶ παντὸς ἀνωτάτω νῆ καὶ λόγῳ ἀκατάληπτος, ἀνείδεος, ζωποῖος, καὶ πάντων ἀρχὴ, ἀγένητος, ἀφθαρτός, γενεσιουργὸς τῶν ὅλων μεμαρτύρηται σαφῶς, παρὰ τε τῆς θεοπνεύστη γραφῆς, καὶ διὰ φωνῆς τῶν παρ' αὐτοῖς ποιητῶν τε καὶ λογογράφων. ὅτι δὲ τὸν ἐξ αὐτῆς κατὰ φύσιν γεννηθέντα υἱὸν τὸν δημιουργὸν αὐτῆς λόγον ἐγνώκασιν καὶ αὐτοὶ, δι' ἧν γεγράφασιν ἐπιδείξομεν, παραθέτες τὰς παρὰ τῶν χρησίων. φησὶ γὰρ ὁ **Πορφύριος** ἐν τετάρτῳ βιβλίῳ φιλοσόφου ἰσορίας, ὡς εἰπόντος Πλάτωνος περὶ τῆς ἀγαθῆς ἔτως· ἀπὸ δὲ τῶν τρόπων τινὰ ἀνθρώποις ἀνεπινόητον νῆν γενέσθαι τε ὅλον καὶ κατ' ἑαυτὸν ὑφεσῶτα, ἐν ᾧ δὴ τὰ ὄντως ὄντα, καὶ ἡ πᾶσα ἔσθια τῶν ὄντων. ὁ δὲ καὶ πρῶτος καλὸν καὶ αὐλοκαλὸν παρ' ἑαυτῆς τῆς καλλονῆς ἔχον τὸ εἶδος, προσῆλθε δὲ προαιώνιῳ ἀπ' αἰτίας τῆς Θεῶν ὠρμημένῳ ἀβλογέννητος ὢν καὶ αὐτοπάτωρ, ἔ γὰρ ἐκεῖνος κινεμένης πρὸς γενεσιν τὴν τέττα, ἢ πρὸ οὐδ' ἔγενονεν, ἀλλὰ τέττα παρελθόντ' ἀβλογόνως ἐκ Θεῶν, παρελθόντος δὲ ἐκ ἀπ' ἀρχῆς τινὸς χρονικῆς, ἔπω γὰρ χρόνος ἦν, ἀλλ' ἔδὲ χρόνος γενομένης πρὸς αὐτὸν ἐστὶ τι ὁ χρόνος· ἀχρονος γὰρ αἰεὶ καὶ μόνος αἰώνιος ὁ νῆς.

omnia continens. Quantum enim discrepant corporea ab incorporeis, genita ab ingenitis, necessitati subiecta a liberis & spontaneis, vel terrena a celestibus, & corruptioni obnoxia ab aeternis? non quod aliud quidem sui juris sit, aliud vero necessitati mancipatum: quæ porro infra sunt, imperfecta & corruptibilia censeas. Quinetiam Sophocles sic ait de Deo:

— in veritate unus est Deus,
Qui calum fabricatus est & terram
magnam

Marisque speciosum tumorem & ventorum vim:

Mortales vero multum corde errantes,
Erexi mus arumnarum consolationem,
Deorum simulacra ex lapidibus & are,
Vel inauratas vel eboratas formas;
Et his sacrificia & inanes celebritates
Facientes, sic pietatē colere existimamus.

Et quidem sapientissimus Xenophon: Ille omnia concutiens & stabilis manens, quod magnus sit & potens, manifestum, figura tamen incognitus, nec quidem is est, qui videatur undique conspicibilis esse sol, nec vero ipse videtur pati se conspici, sed si quis impudenter ipsum intueatur, orbatu r visu. Quod igitur vnus sit Deus secundum naturam, supra omnem mentem, intellectum & rationem, incomprehensus, figuræ expers, viuificus, omnium principium, ingenitus, incorruptus, generationis vniuersi opifex, perspicue testatum est tum diuina scriptura, tum poetarum ac scriptorum gentilium voce. Quod vero & genitum ex ipso secundum naturam Filium ipsius opificem verbum iidem cognouerunt, per ea quæ scripsere appositis locis ostendam. Ait ergo Porphyrius lib. quarto philosophicæ historiæ, quod de Bono in hunc modum Plato dixerit: Ex hoc quandam hominibus imperceptibilem mentem factam esse, totam per se subsistentem, in qua vere sunt quæ sunt, & omnis entium substantia est. Quæ quidem & prima pulchra, & per se pulchra est, a se pulchritudinis speciem ducens: prodiit vero ante sæcula ab auctore Deo emicans, per se genita & sibi ipsi parens, non enim illo movente se ad generationem huius progressus fuit, sed hoc procedente per se ipsa nascendo ex Deo, procedente inquam a nullo principio temporis, nondum enim tempus erat, sed neque facta tempore, ad ipsum aliquid est tempus; quippe mens illa semper expers temporis & sola perennis.

Quemadmodum vero Deus primus & A solus semper, licet ab eo facta sint omnia, quod non illis adnumeretur, neque dignum quicquam eius existentiae adgregari possit; sic & mens aeterna, sola, & sine tempore subsistens, & eorum quae in tempore ipsum tempus est, in identitate manens suae ipsius aeternae subsistentiae. Et rursus Orpheus sic ait:

*Adiuro te calum Dei magni sapiens opus:
Adiuro te vocem patris, quam primum locutus est*

Quando mundum vniuersum suis fundauit consiliis.

Vocem vero Patris quam primum elocutus est, vnigenitum Verbum ipsius dicit, semper existens cum Patre: non enim fuit tempus, quo sine proprio verbo cogitari posset existens Deus & Pater. In eodem vero vniuersi opificem Deum esse demonstrat. Hermes autem ter maximus sic de Deo pronunciat: *Sermo enim ipsius procedens omnino perfectus existens, & fecundus, & opifex, atque in facundam aquae naturam incidens eam, pregnantem fecit.* Idem rursus: *Pyramis, inquit, supposita natura & mundo intellectuali, habet enim regnatorem superpositum opificem sermonem omnium Domini, qui post illum est prima potentia, ingenitus, infinitus, ex illo prospectans, & superstat & imperat omnibus ab eo formatis: est vero longe perfectissimi progenitus, perfectus, fecundus & germanus legitimusque filius.* Rursus idem tanquam interrogante quodam in Aegypto sacerdote, ac dicente: *Quamobrem, o maxime, bonus demon hoc nomine ab omnium domino nuncupatus est?* ait, *Et in superioribus, inquit, dixi, tu vero non intellexisti; natura huius intellectualis verbi, natura est ad generandum & operandum apta, hoc tanquam eius generatio, vel natura, vel mos, vel quocumque nomine voces licebit, id vnum duntaxat cogitans quod perfectus est in perfecto, & a perfecto perfecta opera efficit atque fabricat ac diuiscat: unde quia eius natura est, recte eo modo nuncupatur.* Idem libro primo digressionum ad Tat, sic de Deo pronunciat: *Creatoris verbum, o fili, aeternum, per se mouens, incrementi, minutionis, mutationis, corruptionis solum expers, semper sibi simile,*

ὡσπερ δὲ ὁ Θεὸς ὁ πρῶτος καὶ μόνος αἰεὶ, καὶ ἀπ' αὐτῆς γένηται τὰ πάντα, τῷ μὴ τέτοις συναριθμείσθαι, μηδὲ τὴν ἀξίαν αὐτῷ συγκατατάττεσθαι δύνασθαι τῇ ἐκείνῃ ὑπάρξει ἔτω καὶ ὁ νῦν αἰῶνι μόνος καὶ ἀχρόνως ὑποσᾶς, καὶ τὰ ἐν χρόνῳ αὐτὸς χρόνῳ ἔστω, ἐν ταυτοτητι μένων τῆς ἑαυτῆς αἰωνίας ὑποσᾶσεως. Καὶ μὴν καὶ Ὁρφεὺς αὐτῶν ἔτω πρὸς Φησὶν

Ὀυρογόνον ὀρκίζω σε Θεῶ μεγάλῃ σοφὸν ἔργον Ἄυδην ὀρκίζω σε πατρός, ἣν φθέγγετο πρῶ-

την,
Ἦνίκα κόσμον ἅπαντα ἑαῖς τηρίξατο βελαῖς. αὐδὴν δὲ πατρός, ἣν ἐφθέγγετο πρῶτην, τὸν μονογενῆ λόγον αὐτῆς Φησὶν, αἰεὶ συνυπάρχοντα τῷ πατρί· ἔγωγε ἦν χρόνῳ, ὅτε δίχα λόγος τῆς ἰδίας, νοοῖτ' ἂν ὑπάρχων ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ ἐν ταυτῷ δὲ καὶ τῶν ὄλων δημιουργὸν ἀπέφηνεν ἅντα θεόν. Ὁ δὲ τρισμέγιστος Ἐριμῆς ἔτω φθέγγεται περὶ Θεῶ

ὁ γὰρ λόγος αὐτῆς προελθὼν παντέλειον, καὶ γόνιμος, καὶ δημιουργός, ἐν γόνιμῃ φύσει πεσῶν ἐπὶ γόνιμῳ ὕδατι ἐγκυόν τε ὕδωρ ἐποίησε καὶ ὁ αὐτὸς αὐτῶν ἢ ἐν πυραμίδι, Φησὶν, ὑποκειμένη τῇ φύσει καὶ τῷ νοερωῶ κόσμῳ, ἔχει γὰρ ἀρχοντα ἐπιεικόμενον δημιουργὸν λόγον τῆς πάντων δεσπότης, ὃς μετ' ἐκείνον πρῶτη δύναμις, ἀγέννητος, ἀπέραντος, ἐξ ἐκείνης προκύψασα, καὶ ἐπίκειται, καὶ ἀρχεὶ τῶν δι' αὐτῆς δημιουργη-

θέντων ἐστὶ δὲ τῆς παντελείας πρῶτος καὶ τέλειος καὶ γόνιμος γνήσιος υἱός. Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ὡς ἐρρημένως τῶν ἐν Αἰγύπτῳ τεμενιτῶν, καὶ λεγόντων διὰ τί δὲ, ὦ μέγιστε, ἀγαθὸς δαίμων τέττω τῷ ὀνόματι ἐκλήθη ἀπὸ τῆς πάντων κυρίας; Φησὶ καὶ ἐν τοῖς ἐμπροσθεν εἶπον, σὺ δὲ ἔσυνῆκας φύσις τῆς νοερῆς αὐτῆς λόγος, φύσις ἐστὶ γεννητικὴ τέττω ὡσπερ αὐτῆς ἢ γέννησις, ἢ φύσις, ἢ ἔθνος, ἢ ὁ θέλεις αὐτὸ καλεῖν, καλεῖ

τέττω μόνον νοῶν, ὅτι τέλειός ἐστιν ἐν τελείῳ, καὶ ἀπὸ τελείας τέλεια ἀγαθὰ ἐργάζεται, καὶ δημιουργεῖ καὶ ζωοποιεῖ· ἐπειδὴ ἐν τοιαύτης ἔχεται φύσεως, καλῶς τέττω προσηγόρευται. Καὶ ὁ αὐτὸς ἐν λόγῳ πρῶτῳ τῶν πρὸς τὸν Τατ διεξοδικῶν, ἔτω λέγει περὶ Θεῶ ὅτι δημιουργὸς λόγος, ὦ τέκνον, αἰδῶ, αὐτοκίνητος, ἀναυξής, ἀμείωτος, ἀμετάβλητος, ἀφθαρτος μόνος, αἰεὶ ἑαυτῷ ὁμοίος ἐστίν.

ἴσθ' ὅτι καὶ ὁμαλός, εὐσαθής, εὐτακὴ, εἰς ὧν ἄ
 ὁ μετὰ τὸν προεγνωσμένον Θεὸν, σημαίνῃ ὅτι οἶμαι
 διὰ γε τῆς τῆς, τὸν πατέρα. Ἀπόχρη μὲν ἐν
 ταυτὶ πρὸς ἐντελεσάτην ἀπόδειξιν τῆς, ὅτι τὸ
 μονογενῆ τῆς Θεῶν λόγον ἐννεοήκασιν καὶ αὐτοί.
 Δεῖν ὅτι οἶμαι οἷς ἔφην προσεπενεγκεῖν, καὶ τὰ
 περὶ τῆς ἁγίας πνεύματος παρ' αὐτῶν εἰρημένα.
 Πορφύριος γὰρ φησὶ, Πλάτωνος ἐκτιθέμενος
 δόξαν, ἄχει τειῶν ὑποστάσεων, τὴν τῆς θεῶν
 προελθεῖν ἕσταν, εἶναι δὲ τὸν μὲν ἀνωτάτω
 Θεὸν τὰ γὰρ μετ' αὐτὸν ὅτι καὶ δευτέρου τὸν
 δημιουργὸν τρίτον ὅτι καὶ τὴν τῆς κόσμου ψυ-
 χὴν. ἄχει γὰρ ψυχῆς, τὴν θεότητα προελθεῖν.
 ἰδὲ δὴ σαφῶς ἐν τῆτοις ἄχει τριῶν ὑποστά-
 σεων τὴν τῆς θεῶν προελθεῖν ἕσταν ἰχυρίζε-
 ται εἰς μὲν γὰρ ἐστὶν ὁ τῶν ὅλων Θεός, κατευ-
 ρύνεται δὲ ὡς περὶ ἢ περὶ αὐτῆς γνώσις, εἰς ἁ-
 γίαν τε καὶ ὁμοσίον τετράδα, εἰς τε πατέρα
 φημι, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, ὃ καὶ ψυχὴν
 τῆς κόσμου φησὶν ὁ Πλάτων ζωοποιεῖ δὲ τὸ
 πνεῦμα, καὶ πρῶτον ἐν ζῶντι πατρὸς δι-
 ἡσ, καὶ ἐν αὐτῷ ζῶμεν καὶ κινῶμεθα, καὶ ἐσ-
 μέν. ἀληθεύει γὰρ λέγων ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς
 Χριστός· τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιεῖν. Καὶ πάλιν
 ὁ αὐτὸς Πορφύριος περὶ Πλάτωνος διὸ ἐν
 ἀπορρήτοις περὶ τῆτων ἀντιτόμενος φησὶ, πε-
 ρὶ τὸν βασιλέα πάντα ἐστὶ, καὶ ἐκεῖνος ἐνεκα
 πάντα, καὶ ἐκεῖνο αἴτιον πάντων καλῶν, δεύ-
 τερον ὅτι περὶ τὰ δεύτερα, καὶ τρίτον περὶ τὰ
 τρίτα ὡς γὰρ πάντων μὲν περὶ τῆς τρεῖς ὄντων
 Θεῶν, ἀλλ' ἤδη πρώτως μὲν περὶ τὸν πάν-
 των βασιλέα, δευτέρως δὲ περὶ τὸ ἀπ' ἐκεῖ-
 νος Θεὸν, καὶ τρίτως περὶ τὸν ἀπὸ τῆς. Δε-
 δήλωκε δὲ ἐμφαίνων καὶ τὴν ἐξ ἀλλήλων ὑπό-
 στασιν, ἀρχόμενος ἀπὸ τῆς βασιλείας, καὶ τὴν
 ὑπόδασιν καὶ ὑφῆσιν τῶν μετὰ τὸ πρῶτον, διὰ
 τῆς πρώτως καὶ δευτέρως καὶ τρίτως εἰπεῖν, καὶ
 ὅτι ἐξ ἑνὸς τὰ πάντα, καὶ δι' αὐτῆς σώζεται τε-
 θεώρηκε μὲν ἐν ἕχ ὑγιῶς εἰς ἅπαν, ἀλλὰ
 τοῖς τὰ Ἀρεῖς πεφρονηκόσιν, ἐν ἴσῳ διαίρει,
 καὶ ὑφίστησιν, ὑποκαθήμενας τε ἀλλήλας τὰς
 ὑποστάσεις εἰσφέρει, καὶ τρεῖς οἶεται Θεῶν εἶναι,
 διηρημένως τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοσίον. Πλὴν ἐκ
 ἠγνόηκεν ὀλοτρόπως τὸ ἀληθές. οἶμαί δ' ἂν, ὅτι
 καὶ ὑγιῶς ἔφη τε καὶ πεφρονηκεν, ἐξήνεγκε δὲ
 καὶ εἰς τῆς ἄλλης ἅπαντας, τῆς περὶ Θεῶν
 δόξης τὸ ἀρετίως ἔχον, εἰ μὴ τάχα πρὸ τὴν
 Ἀνύτῃ καὶ Μελητῇ γραφὴν ἐδεδίει, καὶ τὸ Σω-

equale, & planum, stabile, compo-
 situm, unum post praecognitum Deum
 existens, ac per hoc, uti opinor, pa-
 trem denotat. Quae quidem suffi-
 ciunt ad plene demonstrandum, eos
 nonnullam quoque unigeniti Dei
 Verbi notitiam habuisse. Iam vero
 antedictis adjicienda sunt de sancto
 Spiritu ab iisdem prolata. Porphy-
 rius enim opinionem Platonis expo-
 nens, ait: Dei substantiam usque ad
 tres hypostases procedere, esse vero
 supremum Deum optimum, post ipsum
 & alterum creatorem seu opificem, ter-
 tium porro mundi animam, ad animam
 enim usque diuinitatem extendi. Ecce
 in his manifesto usque ad tres hypo-
 stases diuinam substantiam procede-
 re contendit: vnus quippe est vni-
 uersi Deus, extenditur vero tanquam
 ipsius notio, in sanctam & consub-
 stantialem Trinitatem, in Patrem,
 inquam, & Filium, & Spiritum san-
 ctum, quem mundi animam vocat
 Plato: viuificat autem Spiritus & pro-
 cedit ex viuente Patre per Filium, &
 in eo viuimus & mouemur & sumus.
 Verax est enim Dominus noster Iesus
 Christus, dicens: Spiritus est qui uiui-
 ficat. Et rursus idem Porphyrius de
 Platone: Quare in arcanis de his ob-
 scure innuens ac per anigma loquens
 ait: Circa regem omnia sunt, & illius
 causa omnia, & illud causa omnium
 pulchrorum, secundum circa secundam,
 tertium circa tertiam, tanquam omnibus
 circa tres Deos existentibus, sed iam
 primo quidem circa omnium regem,
 secundo circa Deum ab illo, & tertio
 circa eum qui ab illo est. Declarauit au-
 tem & quam ex se ipsis inuicem ha-
 bent, hypostasin, incipereque a rege &
 subincessionem & submissionem ea-
 rum post primum, cum dicat, primo,
 secundo & tertio, quodque ex vno om-
 nia & per ipsum seruantur; specula-
 tus certe non usquequaque omnia, sed
 eodem modo, quo qui Arium sectantur,
 diuidit & supponit subjectas & subor-
 dinatas inter se subsistentias inducens,
 & putat tres Deos esse distincte san-
 ctam & consubstantialem Trinitatem.
 Neque vero omnino veritatis ignarus
 fuit, quin potius existimo eum &
 sensurum & locuturum fuisse recte, e-
 diturum quoque in vulgus palam-
 que facturum veras & germanas de
 Deo opiniones, nisi forte Anyti & Me-
 liti accusationem timuisset, atque So-

Joan. 6.

cratis cicutam. Ait etiam Hermes sermone tertio ad Asclepium: *Fieri non potest, ut in rudes & non initiatos haec mysteria efferantur: sed mente audite: una erat tantum lux intellectualis ante lucem intellectualem, & est semper mens mentis clara & illustrans, nec aliud quidquam erat, quam hujus unitas, semper in seipsa existens, semper sua ipsius mente, & luce, & spiritu omnia complectitur.* Et post alia dicit: *Extra hunc non deus, non angelus, non daemon, non substantia quaequam alia: omnium enim est dominus, & pater, & deus, & fons, & vita, & potestas, & lux, & mens, & spiritus, & omnia in ipso & sub ipso sunt: mentem enim ex mente, ut ego quidem puto, appellat Filium, & tanquam lumen de lumine: meminit & Spiritus, tanquam omnia continentis: neque vero angelum, neque daemone, neque aliam ullam naturam vel substantiam ait extra eminentiam & potestatem Dei esse positam, sed sub ipsa omnia & per ipsam esse determinata.* Rursus idem eodem sermone tertio ad Asclepium, tanquam aliquo de diuino spiritu interrogante, sic ait: *Nisi prouidentia quadam fuisset summi omnium domini, ut hunc sermonem aperirem, neque vobis nunc incesisset de hoc sciscitandi cupiditas: nunc vero reliqua sermonis audite: hujus spiritus, de quo saepe praedixi, omnia indigent, omnia enim pro dignitate ferens viuificat & alit, & a sancto fonte promanat, adiuuans spiritu & vita, omnibus semper existens vitalis ac fecundus.* Nouit ergo unum illum existentem propria subsistentia, & omnia viuificantem atque alentem, velutique ex sancto fonte manantem Dei & patris: procedit enim ex ipso secundum naturam, & per filium creationi subministratur. Quamobrem euolutis accurate quatenus licuit istorum libris, vniuscuiusque opinionem clare videndam proposuimus, ut qui haec legent, nouerint, multos ex Graecorum sapientibus propriae opinioni innixos errasse, & dissidentes inter se sententias habuisse. Sunt vero ex iis Mosaicorum sermonum haud expertes, ut qui discendi causa peregre in Aegyptum usque profecti sint; hi melius quodammodo quam ceteri senserunt, ad veritatem quidem propius accedentes, sed non mentis oculum omnino purum & caligine vacuum lucidumque habuerunt, quos si quis strabos dixerit, non utique a ratione deerrabit.

Αἰράτης κώνηρον. Λέγει ὁ καὶ Ἑρμῆς ἐν λόγῳ τρίτῳ τῶν πρὸς Ἀσκληπιὸν· ἔγὰρ ἐφικτόν ἐστιν εἰς ἀμνηστῆς τοιαῦτα μυστήρια παρέχεσθαι· ἀλλὰ τῷ ἰσχυρότατε ἐν μόνον ἦν Φῶς νοερὸν πρὸ Φωτὸς νοερῶ, καὶ ἐστὶν αἰεὶ νῆς νοὸς Φῶτε- νός, καὶ ἔδεν ἕτερον ἦν, ἢ τῆς ἐνότης αἰεὶ ἐν ἐ- αὐτῶν, αἰεὶ τῷ ἑαυτῶ νοί, καὶ Φωτὶ, καὶ πνεύ- ματι πάντα περιέχει. καὶ μεθ' ἕτερα Φησὶν ἐκ- τὸς τῆς, ἔ θεός, καὶ ἄγγελος, καὶ δαίμων, καὶ ἔστια τις ἄλλη πάντων γὰρ ἐστὶ κύριος, καὶ πατήρ, καὶ θεός, καὶ πηγὴ, καὶ ζωὴ, καὶ δύναμις, καὶ Φῶς, καὶ νῆς, καὶ πνεῦμα, καὶ πάντα ἐν αὐτῷ καὶ ὑπ' αὐτὸν ἐστὶ. νῆν μὲν γὰρ ἐκ νῆ, καθά- περ ἐγῶμαι, Φησὶ τὸν υἱόν, καὶ ὡς Φῶς ἐκ Φωτός· μέμνηται δὲ καὶ τῆς πνεύματος ὡς πάν- τα περιέχοντος· ἔτε δὲ ἄγγελον, ἔτε δαίμο- να, ἔτε μὴν ἕτερον τιὰ φύσιν, ἢ ἔστιαν, ἔ- ξω κείσθαι Φησὶ τῆς θείας ὑπεροχῆς, ἢ γὰρ ἐξ ἑστίας· ἀλλ' ὑπ' αὐτῆ τα πάντα καὶ δι' αὐ- τὴν εἶναι διορίζεται. Καὶ πάλιν ὁ αὐτός ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ τρίτῳ τῶν πρὸς Ἀσκληπιὸν, ὡς ἐρομένῃ τινός, περὶ τῆς θείας πνεύματος, Φη- σὶν ἔτως· εἰ μὴ πρόνοια τις ἦν τῆς πάντων κυρίας, ὡς με τὸν λόγον τῆτον ἀποκαλύ- ψαι, ἔδὲ ὑμᾶς νῦν ἔρωσ τοῖστος κατέχειν, ἵνα περὶ τῆς ζητήσητε· νῦν δὲ τὰ λοιπὰ τῆς λόγῳ ἀξέετε· τῆς τῆς πνεύματος· ἔ πολλὰ μὲν προεῖπον, πάντα χρῆζει τὰ πάντα ἢ βασιλεῖον κατ' ἀξίαν, τὰ πάντα ζωοποιεῖ, καὶ τρέφει, καὶ ἀπὸ τῆς ἀγίας πηγῆς ἐξήρηται, ἐπίκρονον πνεύ- ματι καὶ ζωῆς ἀπασιν αἰεὶ ὑπάρχον, γόνιμον ἐν ὄν. Οἶδεν ἐν αὐτῷ καὶ ὑπάρχον ἰδιοσυσάτως, καὶ τὰ πάντα ζωοποιεῖν, καὶ τρέφειν, καὶ ὡς ἐξ ἀγίας πηγῆς ἠρητημένον τῆς θεῆς καὶ πατρός· προεῖσι ἢ ἐξ αὐτῆς κατὰ φύσιν, καὶ δι' ἣς χορηγεῖται τῆ κτί- σι. Πολυπραγμονήσαντες τοίνυν ὡς ἐνὶ τα παρ' ἐκείνοις βιβλία, διαφανεσάτην πεποιμέθα τὴν ἐκάσθῃ δόξαν, ὡς ἂν εἶδειεν οἱ ἐντευξόμε- νοι, ὅτι πεπλάνηται μὲν ἰδιογνωμονήσαντες τῶν παρ' Ἑλλήσιν σοφῶν καὶ ὀλίγοι, καὶ ἀλλή- λαις ἀντανισαμένας δόξας ἐσχῆκασιν. Εἰσὶ ὅ οἱ Μωσαϊκῶν καὶ ἀμοιρήσαντες λόγων, διὰ τὸ μέχρις Αἰγύπτῃς Φιλομαθείας χάριν παρελ- θεῖν, ἔστοι ἀμεινόν πως, ἢ οἱ λοιποὶ πεφρονήκα- σιν, ἐγγύς μὲν γεγονότες τῆς ἀληθείας, ἔ μὴν ἀθόλωτον παντελῶς ἐσχῆκότες τῆς διανοίας τ' ὀφθαλμόν, ἔς ἂν οἰμάτις καὶ παραβλῶπας εἰπῶν, καὶ ἂν τῆς εἰότητος ἀμάρτοι λογισμῶ.

Ὅτι τοίνυν καὶ πρεσβύτερα τὰ Χριστιανῶν, καὶ ἀληθείας ἔμπλεα καὶ τοῖς τῶν λογάδων ἐξελεγμένοις, εὖ ἔχειν ὑπειλημμένα, καὶ ἀσυγκρίτως ἐν ἀμείνοσι τῆς Ἑλλήνων τερθρείας, ἀποχρῶν οἴμαι διέδειξε λόγῳ.

Quod ergo Christianorum dogmata antiquiora sint, & superstitionis Græcorum nugis extra comparationem veteriora, vel lectissimorum hominum testimoniiis id comprobantibus, satis superque opinor hoc libro demonstratum est.

FINIS LIBRI PRIMI



ΤΟΥ